



Pavor, angor, et dolor, hominibus superueniet. nam dies Domini ijs appropinquat horribilis et terribilis ad orbem terrarum deuastandum et peccatores in eo conterendos. Quandoquidem stelle celi eiusq; Orion nec clare lucent; sol obscurus oritur; nec luna lucide splendet. Iesa. 13.

TERRIBILIS CHRISTI ADVENTVS.

Mare, aquarūq; fluctus murmura edent. homines timore cotabescant, metūq; futurorum. Tunc omne genus humanū eiulabit: uidebitq; filium hominis in nube celesti magna cum potestate et maiestate uenientem: et emittet suos angelos tuba sonantes ad electos congregandos. Tunc duo erunt in agro; duæ erunt moles; unus assumetur, et alter relinquetur. Lu. 21. Mat. 24.